

R. P. HYACINTI
DONATI, LAYNENSIS,
ORD. FRAT. PRÆDICATORVM,
SAC. THEOL. MAG. AC U. J. D.

Quondam in Generali Studio Sancti Dominici Civitatis Cosentiniæ Regente,
ac utriusque Provinciæ Calabriae Provinciali

RERUM REGULARIUM
PRAXIS RESOLUTORIA,
IN QUATUOR TOMOS DISTRIBUTA.

IN QUIBUS OMNES ET SINGULÆ MATERIÆ, QUÆ IN
Rebus Regularibus occurrere possunt, sub diversis Tractatibus succinctè
ac dilucidè proponuntur, resolvuntur, ac deciduntur.

Opus hoc ad Prælatos Regularibus, etiamque subditis, Ecclesiasticis, et sæcularibus Ordinibus
Superioribus; verum etiam causarum Patronis, omnibusque Judicibus in utroque foro
versantibus utilissimum, imo maximè necessarium:

Accedunt duo Indices locupletissimi Tractatum & Questionum, Rerumque
omnium notabilium.

TOMUS SECUNDUS,
IN DUAS PARTES SUBDIVISUS.

Cujus Tractatum Elenchum versa pagina indicabit,

NUNC PRIMUM IN GERMANIA PRODIT.

*exhibet Monachus
Peregrinus de
Jacobi.*



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud HERMANNUM DEMEN, Anno M. DC. LXXXI.

Permissu Superiorum.

INDEX TRACTATUUM

Et Quæstionum, quæ in Tomi Secundi Parte

Prima continentur.

TRACT. I. De Natura & forma electionis Canonice. fol. 1.

- Quest. 1.* **E**lectio quid sit? pag. 1. col. 1.
2. *Forma electionis canonice quadruplex sit?* pag. 2. col. 1.
3. *Forma dict. cap. quia propter, an sit observanda in omni electione quorumcumque Prælatorum?* pag. ead. col. 2.
4. *Forma electionis sita in dict. cap. quia propter, an sit necessario observanda in electione, & provisione devoluta ad P. Generalem, & P. Provinciales, aut Dissinctorum Capitulum?* pag. 3. col. 1.
5. *Forma dict. cap. quia propter, an sit abrogata à Sacro Conc. Trid. ibid. col. 2.*
6. *An sit de forma, quod vota Eligentium præstentur secreto?* pag. 4. col. 1.
7. *Potes. quod quis Eligentium suum votum palam præstet, vel quod alteri ostendat, an exinde electio sit irrita?* ibid. col. 2.
8. *Electio Abbatis, an debeat fieri per vota secreta?* pag. 5. col. 1.
9. *Electio canonica, an necessario debeat esse libera?* ibid. col. 2.
10. *Electio coarctata ad tres, vel quatuor personas, cum exclusione cæterorum, an valida sit?* pag. 6. col. 1.
11. *Electio in qua non procedit debitus tractatus, an sit nulla?* pag. 7. col. 2.
12. *Electio per sortes facta, an sit valida?* pag. 8. col. 2.
13. *Forma eligendi per communem inspirationem quamnam sit?* pag. 9. col. 1.
14. *Forma eligendi per compromissum quamnam sit?* ibid. col. 1.
15. *Electio per compromissum, & communem inspirationem, an sit abrogata à Trid. in dict. cap. 6. sess. 25. de Reg.?* pag. 10. col. 2.
16. *Electio per modum compromissivæ, an sit valida?* pag. 10. col. 2.
17. *Electio scrutinalis substantialis, quamnam sint?* ibid. col. 2.
18. *Quamnam sint de solemnitate, & iusticia electionis canonice?* pag. 11. col. 2.
19. *Electio nulla ab inobservantia forme, an valeat in foro conscientie?* pag. 13. col. 2.
20. *Electio simoniaca, ante Judicis declarationem, an sit in se irrita nulla?* pag. ead. col. ead.
21. *Simonia unde dicatur, quid sit, & quomodo contrahatur?* pag. 14. col. 1.
22. *Electio, in qua Electores ita paciscuntur, sicut eligi me in Provinciale, ego te eligam in Priorem, an sit simoniaca?* pag. 16. col. 1.
23. *Venturum, quam quis in electione patitur, an sit licitum pecunia emere, absque labe simoniæ?* pag. 17. col. 1.

24. *Vexatio, ad hoc, ut in electione presso redimi possit, an debeat esse altioris, vel satis est, ut probabiliter timeatur?* pag. 19. col. 2.
25. *Simoniaci in quas penas incidunt?* pag. 20. col. 1.
26. *Pena dicta extravag. an habeant locum in simonia conventionali, vel tantum reali, utrunque completa, & perfecta?* pag. 21. col. 1.
27. *Sub nomine beneficii Ecclesiastici, an comprehendatur Regularium detentatio?* ibid. col. 1.
28. *An verò officium Vicariatus aliumque Locum, vel Monasterium Regularium simoniacè obtentum, sub his penas prædicatis?* pag. 22. col. 1.
29. *Mediatores simoniæ, in quas penas dantur?* pag. 22. col. 1.
30. *Pena inhabilitatis ad beneficia, tam obienta, quam in posterum obtinenda, opposita contra simoniacos, in Bulla Pii V. Cum primum, an incurretur ante declarationem Judicis?* pag. ead. col. 2.
31. *Prælati Regularium, an possint suos subditos à censuris absolvere, & in penis simoniæ dispensare?* pag. 25. col. 2.
32. *Electio alternativa quamnam sit, & ad quid inventa, & quando valida?* pag. 25. col. 1.
33. *Electio scrutinalis si fiat per fabas, vel calculos, aut lapillos, an sit valida?* ibid. col. 2.

TRACT. III. De Loco Electionis fol. 26.

- Quest. 1.* **E**lectio in quo loco est celebranda? pag. 16. col. 1.
2. *Electio celebrata in loco interdicto, an sit valida?* pag. ead. col. ead.
3. *Capitulum quid, & quænam sit. Et pro quo supponat?* pag. ead. col. 1.
4. *Quamnam sint de substantia Capituli, ad hoc, ut alibi factus dicatur Capitulariter?* ibid. col. 1.
5. *Ad quid inventa sint Capitula?* pag. ead. col. 2.
6. *Ad constituendum Capitulum, vel Collegium quæ persone ad minus requirantur, ad hoc ut alibi dicatur Capitulariter factus, valeat & sustineatur?* pag. 17. col. 1.
7. *Nomine Capituli quinam veniant?* pag. ead. col. 1.
8. *Potes. & auctoritas Capituli apud quem residet, & reperitur?* pag. ead. col. 2.
9. *Quamnam sit pars major & minor Capituli, & quomodo cognoscatur?* ibid. col. 2.
10. *Auctoritas & potestas Capituli, an possit in aliquo casu reperiri, & esse in minori parte Capituli, aut etiam in uno solo Potenti suffraganeo?* pag. 28. col. 1.
11. *Minor pars si forte dissentiat, an teneatur subscribere determinationi facta à majori parte Capituli?* ibid. col. 2.
12. *Sed pone, quod quis non vult consentire determinationi facta*



R E R U M
 R E G U L A R I U M
 P R A X I S R E S O L U T O R I Æ
 T O M U S S E C U N D U S ;
 De Electione & Potestate Prælatorum Regularium.

T R A C T A T V S P R I M V S
 DE NATURA, ET FORMA ELECTIONIS CANONICÆ.

Quæstio I. Electio quid sit?

Electio communiter sumpta, hoc est, quatenus sub se comprehendit electionem cujuscunque rei, est multorum placitum in ordine ad finem, unius acceptio, ut constat ex ipso nomine, & docet Arist. 5. Ethic. & D. Thom. 1. 2. q. 13. art. 3. in corp. licet si ad iter habendum occurrant simul duo media, nempe equus, & navis; & magis placeat navis, & præcipiatur, ut citius fiat iter; in tali casu, navis dicitur eligi; quia electio de intrinseca sui natura, liberum exigit arbitrium, secus non electio, sed necessitas diceretur. Unde B. Albertus Magnus, cap. 23. Top. dicit, quod eligere est duorum, vel plurium, quæ sunt præposita, alterum, vel alterum præcipere, & D. Thom. ubi supra, ait, quod in his, quæ sunt penitus determinata ad unum, electio locum non habet.

1. Electio autem Canonica multipliciter considerari potest, largissime, largè, & propriè: primo modo sumpta, præsupponit pro quacunque vocatione, aut institutio ne ad beneficium Ecclesiasticum, ut in cap. Cum Ecclesia 21. de elect. ubi collatio Canonici appellatur electio, ibi, *Uter unus Episcopus, Canonicos quosdam elegit, cum potius creatio Canonici appellanda sit;* & in cap. *quædam 24. eod. tit.* supponit pro presentatione ad beneficium, ibi, *sed ipse per electionem populi, hoc est, per presentationem; secundo modo supponit pro omni et, ad quod alicui prætribuitur per suffragium, vel aliter confirmationem, ut est in quibusdam Ecclesiis, in quibus Dignitas, v. g. Decanatus, aut Præ-*

positura electiva est, & confirmatio ad Episcopum pertinet, ut in cap. *nostris, & seq. dist. 67.*

3. Tertiò vero modo, electio est alicujus personæ ad prælationem, vel societatem fraternam vocatione canonice facta, hoc est, habita secundùm formam præscriptam in sacris Canonibus, & præcipuè in cap. *quæ propter, de elect.*

4. Electio propriè sumpta differt à presentatione, quia præsentandi, seu est jus patronatus, ex gratuita Ecclesiæ concessione, pertinet etiam ad laicos, qui Patroni sunt, id est, Fundatores, Constructores, aut Donatores Ecclesiarum, & Beneficiorum, ut latè Gloss. in cap. *Pro omnibus, 26. caus. 16. q. 7.* ubi latè de Jure Patronatus, & an sit spirituale, vel temporale, aut mixtum, & Conc. Trid. sess. 14. cap. 12. de reform.

5. Jus autem eligendi laicis, Ecclesiæ non conceditur, prout expresse dicitur in cap. *Ad assensum, 36. de elect.* ibi, *Edicto perpetuo prohibemus, ne per laicos Pontificis electio presumatur, quasi fortè præsumpta fuerit, nullam obviat firmitatem,* ubi Gloss. in ver. *per laicos* rationem assignat, quia scilicet jus eligendi in Ecclesiâ, est in re spirituale, & laici non sunt capaces possidendi jura in re spiritualia, & secus fateri, est hæresis Lutheranæ.

6. Secundò, quia per electionem publicatam acquiritur jus electo, cap. *publicato firmiter, 58. de elect.* secus autem per presentationem; nam ubi Patronus laicus aliquem collatori ordinatio præsentavit instituendum, non prohibetur alium præsentare, prout expresse dicitur in cap. *omni autem, 24. de jure Patron.*